

II. Livy, B. XXII., ch. 34.

Translate:

C. Terentio Varroni, quem sui generis hominem, plebi insectatione principum popularibusque artibus conciliatum, ab Q. Fabi opibus et dictatorio imperio concusso aliena invidia splendentem, volgas et extrahere ad consulatum, nitebatur, patres summa ope obstabant, ne se insectando sibi aequari adsuerent homines. Q. Baebius Herennius tribunus plebis, cognatus C. Terenti, criminando non senatum modo sed etiam augures, quod dictatorem prohibuissent comitia perficere, per invidiam eorum favorem candidato suo conciliabat: ab hominibus nobilibus per multos annos bellum quaerentibus Hannibalem in Italiam adductum: ab isdem, cum debellari possit, fraude bellum trahi. cum quattuor legionibus universis pugnari posse apparuisse eo, quod M. Minucius absente Fabio prope pugnasset, duas legiones hosti ad caedem obiectas, deinde ex ipsa caede ereptas, ut pater patronusque appellaretur, qui prius vincere prohibuisset Romanos quam vinci consules deinde Fabianis artibus, cum debellare possent, bellum traxisse, id foedus inter omnes nobiles ictum, nec finem ante belli habituros, quam consulem vere plebeum, id est hominem novum, fecissent: nam plebeios nobiles iam eisdem initiatos esse sacris et continere plebem, ex quo contemni patribus desierint, coepisse. cui non apparere id actum et quaesitum esse, ut interregnum iniretur, ut in patrum potestate comitia essent? id consules ambos ad exercitum morando quaesisse; id postea, quia invitis iis dictator esset dictus comitiorum causa, expugnatum esse, ut vitiosus dictator per augures fieret. habere igitur interregnum eos; consulatum unum certe plebis Romanae esse, et populum liberum habiturum ac daturum ei, qui mature vincere quam diu imperare malit.

1. Explain the terms *obnuntiare*, *interrex*, *vicio creari*, *lectisternium*, Latinum nomen, *supplicatio*, *decemviri*.
2. Write geographical notes on *Beneventum*, *Vulturnus*, *Sinussa*, *Geronium*, *Canusium*, *Lilybaeum*.
3. Write a short critique of Livy as a historian, and mention his most illustrious literary contemporaries.

III. Livy, B. VIII., ch. 22.

Translate at sight:

Palaeopolis fuit haud procul inde, ubi nunc Neapolis sita est. duabus urbibus populus idem habitabat. a Cumis erant oriundi; Cumani Chalcide Euboica originem trahunt. classe, qua advecti ab domo fuerant, multum in ora maris eius, quod accolunt, potuere, primo in insulas Aenariam et Pithecusas egressi, deinde in continentem ausi sedes transferre. haec civitas cum suis viribus tum Samnitium infida adversus Romanos societate freta sive pestilentia, quae Romanam urbem adorta nuntiabatur, fidens, multa hostilia adversus Romanos agrum Campanum Falernumque incolentes fecit. igitur consulibus Palaeopolim ad res repetendas missis, cum relatum esset a Graecis, gente lingua magis strenua quam factis, ferox responsum, ex auctoritate patrum populus Palaeopolitanis bellum fieri iussit.